



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Exhortatio Ad Reditvm In Catholicam Ecclesiam, Ovicvlis Christi, Gevsiaa Tempestate Per Hollandiam Et Vicinvm Belgiov m Misere Dispersis**

**Lindt, Willem van der**

**Coloniae, 1577**

**VD16 L 1932**

7. Dogmata euangelicorum quia horribili scatent in Deum & Christu[m]  
eius blasphemia, suum arguunt magistrum diabolum, quod Deum cum  
Manichaeis faciunt peccati omnis authorem & causam efficacem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31553**

vt dicitur, fure oppressi, vt & quosdam D. Irenæus apud Eusebium Casariensem refutauit, erroris que Sathanici conuicit, atque resipiscentes Christianæ restituit veritati. Sic repulsus & profligatus dæmon, Stoicorum suorum mancipiorum gaudens orbi inuehere brutum dogma, furiosum illum Manichæum suis enthusiasmis excitauit, vt hominibus iterum liberum auferre conaretur arbitrium. Quod cum iste insanis suarum furentium prophetissarum & adulatorum vocibus apud imperitos passim fereret, mox catholica Christi Ecclesia istud dogma, tanquam Apostolis ignotum, immo aduersarium, dånauit. Ex hoc fonte Sathanico (Nam Manichæum dæmone fuisse agitatam, nulli dubium est, qui veteribus historijs ecclesiasticis fidem habet) cum isti nouatores nostri seculi hauserint dogmata: dubium non est, quin ipsorum doctrina non Apostolorum sit, sed vt ait Apostolus Paulus, dæmonum, qui suis aliquot mancipijs à fide Christi aberrantibus tam immanes persuaserunt blasphemias.

## Caput. VII.

*Dogmata Euangelicorum quia horribili secatent in Deum & Christum eius blasphemia, suum arguunt magistrum diabolum, quod Deum cum Manichæis faciunt peccati omnium authorem & causam efficacem.*



Vnc paucis demonstrandum est pio Lectori, quanta nouæ istorum nouatorum doctrinæ scateant blasphemia. Deum Calvinistæ in primis, & vetustiores Lutherani, cum adolescente Philippo Melanchthone, authorem atque causam efficacem faciunt omnium malorum, omnium flagitiorum, omnium peccatorum. Hoc enim ex illo Sathanico Manichæorum dogmate, quo Lutherus & Calvinus liberum hominis evertit arbitriũ, necessario sequitur. Inde

D 3 aude-



audebat Philippus Melanchthon impudenti ore in Deum e-  
uomere, quem & Calvinus est sequutus, Deum non minus o-  
peratum esse Iudæ proditionem, quàm Pauli conuersionem.  
Quod si verum est: quonam modo Deus est iustus dicendus, qui  
tanta seueritate peccata punit, quæ non homo, sed ipse in ho-  
mine operatur? Quo enim sensu homo peccare dicendus, qui  
non sua voluntate, sed Stoica quadam necessitate, atque in cui-  
tabili culpa commisit? Absit à Christianis auribus tanta blas-  
phemia, quam isti impij à demonibus illusi audent tanta impie-  
tate in Deum torquere.

Caput. VIII.

*Quod peccatum Originale cum Pelagianis impie abolent, negantq;  
pueris, nondum in Christo renatis.*

*De peccato  
originali,  
quod cum  
Pelagianis  
negant Cal-  
uinista at-  
que Anaba-  
ptista.  
Psal. 50.  
Colos. 1.  
Rom. 5.*



**N**ON minoris est impietatis, quod Calvinistæ  
Anabaptistis hic consentientes, audent pecca-  
tum originale in pueris negare: cum disertis  
verbis Dei spiritus in Dauide doceat, Ecce e-  
nim in iniquitatibus conceptus sum. & Di-  
uus Paulus tam manifestè asserat, nos omnes  
natura esse filios iræ; quod in Adamo omnes peccauerunt.  
Hanc impietatem à Pelagianis mutuam plenè buccis concre-  
pantes, nunc pro Euangelio apud miserum populum spargunt.  
Qua fascinati non pauci, audent piam matrem ecclesiam Chri-  
stæ Catholicæ intrudere, publicisq; cantilenis, dirisq; conuitijs sub-  
fannare, Qua rima, inquietes, peccatum illud in pueros intra-  
uit? quo iure sunt diaboli filij? quonam modo à diabolo sunt  
possessi? Cui Pelagianismus est notus, agnoscit quã ipsissimis  
suorum magistrorum vtantur loquendi formulis, apud D. Au-  
gustinum subinde commemoratis: cum sufficere istis deberet,  
quod per vniuersum orbem Christiani omnes suos ubiq; infan-  
tes ad sacrosanctum deferunt baptismum, in Christo regeneran-  
dos; tâta æternæ salutis necessitate, vt Apostolorum doctrina  
(teste